RESPONSVM IVRIS

EXCELLENTISSIMI DOMINI

PHILIPPI XAVERII FANELLI I. V. D.

IN

MVTILIANEN.

PRÆTENSI RETRACTVS

PRO

FRANCISCO BANDINI

ET ILLVSTRISSIMO DOM. COMIT.

IOACHIM PAPPIANI

CONTRA

EVANGELISTAM

ET REV. DOM.

FRANCISCVM BAPTISTAM

FANELLI.



FLORENTIÆ MDCCLXII.

APVD ANDREAM BONDVCCIVM

SVPERIORVM PERMISSV.

Segnius irritant animos demissa per aurem,
Quam quæ sunt oculis subiecta fidelibus....

Orat. de Arte Poet.

MVTILIANEN.

PRÆTENSI RETRACTVS.

ILLVSTRISSIME DOMINE

I. Arduam provinciam assumere Evangelistam, & R. Dom. Franciscum Baptistam Fanelli adversarios non dubitamus. Iure enim vicinitatis, atque consortii iuxta censuram *Rub.* 41. *lib.* 2. *Statutorum Mutilianæ* petunt retractum unius domus contra Franciscum Bandini pro eodem pretio, iisdemque pactis a d. Bandini habitis, atque soluto Nob. Viro Comit. Ioachim Pappiani, palmamque se allaturos falso consilio gloriantur.

II. Verum, ut omnibus æque pateat quam falsam foveant caussam, quamque a veritate absint adversarii, præhabita brevi facti specie demonstrabimus.

III. Anno 1759. die 20. Septembris Dominicus & Margharita Ghezzi coniuges, Bertinorii Civitatis Incolæ vendiderunt D. Comit. Ioachim Pappiani unam eorum domum positam Mutilianæ, in recintu Castri Veteris, & via vulgo dicta *Borgo Novo* iuxta iura R. D. Matthæi Fanelli, tamquam heredis Archipresbiteri Dominici Mariæ eius Patrui, *Proc. a c.* 108. cum pacto, quod D. Pappiani cum parte pretii extingueret Censum supra d. domum constitutum per d. coniuges anno 1745. favore d. Archipresbiteri Do-

minici Mariæ Fanelli, tanquam consortis d. domui muro communi mediante domo in Plan. lit. E. a c. 85. addito quoque onere, quod propriis impensis debitum liquidare deberet. Pro excessu autem iusti pretii dd. coniuges ex causa mere onerosa donationem inter vivos habuerunt favore D Pappiani cum clausula, quod alter quam eius heredes beneficio donationis gaudere posset, a c. 37. 39.

IV. Dominus Pappiani cupiens domum emptam vendere Francisco Bandini alteri ex suis famulis, eamque liberam tradere omni iure retractus, emit a R. D. Matthæo quoddam Casma, cum quo dictus presbiter erat affinis domui emptæ, & quia idem D. Matthæus, eiusque Pater Bonaventura eidem domui erant consortes muro communi mediante d. domo E. eorum primus extraiudicialiter pro retractu requisitus expresse renuntiavit, a c. 38. alter vero citatus iudicialiter cum clausula *Bonaventura e' suoi ec.* pariter renuntiavit, a c. 1. qua de re D. Pappiani sub die 9. Novembris 1759. illam vendidit cum d. Casmate præfato Bandini pro eodem pretio, iisdemque pactis, quibus emerat ipse a dd. coniugibus Ghezzi, habita vero fide de pretio, & cum reservatione dominii.

V. Sub die 11. Decembris d. anni Evangelista Bonaventuræ, & Presbiteri Matthæi nepos, & respective consobrinus, per acta Curiæ Mutilianæ petiit retractum supra d. domum contra d. Bandini emptorem, idque pro eodem pretio, iisdemque pactis habitis atque soluto per d. Bandini, asserens se esse vicinum mediante domo in Planta lit. C. obsignata, cui interpellationi contradicendo d. Bandini, & D. Pappiani causæ adhærens, a c. 49. negarunt ambo assertam vicinitatem, & quatenus de ea constare diceretur, protestati sunt solvendum esse iustum pretium æstimatione declarandum tempore consignationis, iuxta censuram *Statuti d. Rub. 41. lib. 2.*

VI. Contestata vero causa, instructoque in hanc molem usque processu, fautores Evangelistæ eiusdem malum ius pro vicinitate albescere agnoscentes, egerunt ut d. R. Franciscus Baptista alter patruus d. Evangelistæ peteret & ipse retractum, prout petiit asserens se habere murum communem cum domo retrahenda *Proc. a c.* 27. illamque velle retrahere eo prorsus modo, eodemque pretio, quo empta fuit a d. Bandini *a c.* 27. cuius postulationi enixe occurrentes tum d. Bandini, & D. Pappiani dixerunt, Presbiterum Franciscum Baptistam neque esse aliquo modo consortem

tem, & quatenus esset, dixerunt solvendum esse iustum, atque integrum pretium d. domus per æstimatores declarandum.

VII. Quoniam vero, licet diu causa agitata fuerit coram D. Potestate Mutilianæ, eaque postmodum evocata ad Magistratum DD. CC. LL. huiusce inclytæ Vrbis, & pro Voto Dominationi Vestræ Illustrissimæ commissa, licet quoque pluries in limine ferendæ sententiæ nobis favorabilis fuerit quæstio, cuius tamen, quo casu nescimus, sententia fere ivit in deperditum, adhuc inexpedita res est. Ideo ut de bono nostrorum principalium iure, deque malo adversariorum publice, lateque pateat cupientes; causam altioribus principiis repetere pretium opere duximus, & Consultationem triplici themate evidenti probatione confirmare.

I. De defectu actionis adversariorum pro obtinendo retractu.

II. Quoties adversariis minime obstaret defectus actionis, adeo ut ipsis competeret ius congrui, deberent solvere illud pretium, non ab emptore solutum, sed quod valeret domus per appretium faciendum tempore consignationis, nullo habito respectu ad pretium in prima alienatione contentum, iuxta sanctionem *Rub.* 41. *lib.* 2. *Stat. Mutilianæ*, & dispositum a iure rationis.

III. Quatenus circa pretium non obsisteret dispositio Statuti, nec illa rationis, semper, & quandocumque adversarii deberent solvere pretium æstimatum ob particulares causæ circumstantias.

A R T I C V L V S I.

De defectu actionis adversariorum pro obtinendo retractu.

VIII Ad ea igitur comprobanda, quæ a nobis exposita sunt per gradus descendentes, ut inquit *Plat. in Gor. vel de rhetoric.* ad malum ius Evangelistæ ob defectum actionis pro petito retractu primo devenimus. Certum enim indubitatumque est tanquam ex actis resultans, domum, cuius causa d. Evangelista petit retractum, non esse ipsius iure dominii cum usque anno 1748. *a c.* 95. per bo. mem. Archipresbiteri Dominici Patrui d. Evangelistæ constituta fuerit in patrimonium Ecclesiasticum R. D. Matthæo pariter ex altero fratre nepoti, eiusdemque heredi, prout patet ex fide Notarii Curiæ Episcopalis Faventiæ 12. Iulii 1760. *Pr. a* 95.

 adeo-

adeoque cessante probatione proprietatis d. domus ius congrui est denegandum *Rot. cor. Gregor. dec.* 470. *n.* 2. *& in rec. dec.* 17. *n.* 26. *&* 27. *p.* 4. *tom.* 2. *rec. Constant. annot.* 24. *artic.* 1. *n.* 37. *&* 38.

IX. Verum quatenus etiam d. domus esset propria Evangelistæ, nihilominus neque esset consors, neque vicinus domui, de qua retractus petitur, siquidem illa tantummodo confinat cum d. Casmate B. quod quidem non præbet retractum, *Ann. Robert. rer. iudicat. lib.* 3. *cap.* 9. *Bynchersoek quæst. iuris privat. lib.* 3. *cap.* 13. *pag. mihi* 483. quodque prius erat Presbit. Matthæi Fanelli qui illud vendidit d. de Pappianis sub die 22. Septembris 1759. quique tanquam consors muro communi mediante domo C. renuntiavit retractui *a c.* 38. qua de re D. Pappiani sibi ipsi ius retractus vindicavit, & licet ipse, & domum & Casma postea vendiderit Francisco Bandini, cum tamen vicinitas pro retractu adempta esset, certum est, Evangelistam nullam actionem habere ad retrahendum, ut fuit dictum in *Fivizzanen. Prætensi Retractus* 13. *Maii* 1728. *§. Quatenus cor. bo. m. Cancellario Archi*; ideo licet d. domus esset ipsius dominii, cum tamen careret & qualitate vicinitatis, & consortii a Statuto præscripta, beneficio Retractus potiri non posset, *Gaill. observ.* 19. *n.* 15. *lib.* 2. *Gratian. cap.* 742. *n.* 65. *& seqq. & cap.* 745. *n.* 56. *&* 57. *& cap.* 752. *n.* 42. *Rocca disput. iur. select. cap.* 162. *n.* 19. *&* 20. *cap.* 163. *n.* 1. *tom.* 2. *Constantin. ad Stat. Vrb. annot.* 24. *artic.* 1. *n.* 37. 38. 39. *& seqq. Mans consult.* 310 *n.* 24. *tom.* 4. *Fenzon. ad eumdem Stat. Vrb. cap.* 110. *n.* 1. *Rot. cor. Gregor. dec.* 470. *num.* 2. *cor. Merlin. dec.* 698. *n.* 8. *&* 9. *& in rec. dec.* 17. *n.* 26. *&* 27. *par.* 4. *tom.* 2. *Rota Nostra in Calcesana Retractus* 26. *Ianuari* 1718. *n.* 4. *cor. Aud. Calderon.*

X. Ast quando etiam per damnatam hypothesim hactenus per nos firmata minime relevarent, ea quæ dicenda sunt circa simulationem retractus per d. Evangelistam petiti satis superque essent pro eiusdem exclusione.

XI. Quam enim certissimi iuris est, quod petentibus simulate retractum minime concedendus est, *Corradin. de Prælat. quæst.* 9. *n.* 1. *cum seqq. Tiraquell. de retractu lignager. gloss.* 1. *§.* 26. *num.* 40. *Constantin. ad Stat. Vrb. annot.* 28. *art.* 3. *n.* 184. *Rocca resp.* 6. *n.* 5. *&* 6. *tom.* 2. *de Marin. var. resol. lib.* 2. *cap.* 86. *n.* 47. *& allegat.* 127. *n.* 19. *&* 20. *Gaill. observ.* 19. *n.* 8. *& seqq. lib.* 2. *Ricc. collect. dec.* 1760. *§. Li-*

mitat. Balducc. dec. & rer. iudic. tit. de prælat. decis. 4. n. 24. Rota Nostra in Florent. Prætensi Retractus 10. Septembris 1717. cor. Vrbani fol. 4. Æque certum indubitatumque est pro dignoscenda simulatione non requiri probatam simulandi caussam Palm. allegat. 8. n. 39. & allegat. 55 n. 37. tom. 1. eadem Rota Nostra in d. Florentina Prætensi Retractus §. Ad dignoscendum autem cor. Vrbani; sed sufficere quod illa opinata fuerit, seu verosimilis, licet minime iustificata Marin. resolut. 96. n. 3. lib. 2. Gratian. discept. 255. per tot. S. Pontifex Alex. VIII. dec. 268. n. 12. Rota Nostra in dict. Florentina Retractus in citat. §. Ad dignoscendum autem cor. Vrbani.

XII. Primum simulationis argumentum eo desumitur, ex quo Evangelista nihil, vel quid minime possideat, quod quidem ostendit pauperem esse, *ut post Varronem de lingu. latin. lib. 4. Senecam epistola 87. ad Lucill. & Ciceronem in Parad.* ibi „ Manlius pauper fuit, habuit enim ædiculas in Carinis, „ & fundum in Labicano „, inter nostrates *Velasc. tract. de privileg. Paup. par. 1. quæst. 1. n. 3. vers. & si Pauper. Royz. dec. Lituanic. 4. n. 71. rub. de vallid. legal. cap. 32. n. 37.* cum ergo possideat quid minimum, uxoratus, cum quatuor filiis, nulla arte, exercitioque præditus, terræ effodiendæ inserviens, ære alieno gravatus, quod malum statum, & paupertatem indicat *Rot. in rec. dec. 337. n. 3. par. 13. & Rota Nostra in Florentina Pecuniaria 17. Maii 1736. coram Illustrissimis DD. Audd. Iosepho Bizzarrini, Ioanne Venturini, & Advoc. Ioanne Meoli §. Ma per abbondare*, non nisi fraudolenter retractum, quatenus competat, exercere, DD. caterva demonstrat *Marcian. cons. 5. n. 56. vol. 1. Palm. alleg. 8. n. 41. & seqq. Rocc. respons. 6. n. 5. & seqq. lib. 2. Ciarlin. controv. 121. n. 45. & 46.* ubi quod pauper pro se non potest, nec sibi expedit retrahere *Barr. controv. for. cap. 44. per tot. Capon. discept. 326. n. 72. Quesald. differt. 3. n. 16. 17. 18.* ubi quod paupertatis exceptio valde premit ad repellendum retrahentem *Olea de cess. Iur. tit. 3. quæst. 2. num. 11. Altimar. de nullit. contract. rub. 1. quæst 12. n. 319. tom. 3. Constant. ad Stat. Vrb. annot. 24. artic. 3. n. 186. Corradin. de prælat. quæst. 9. n. 21. & 22. Card. de Luc. de feud. disc 36. n. 15. Ansald. de Commerc. disc. 47. n. 13. Giurb. observat. 46. num. 13. 17. & ad consuetud. Messan. cap. 10. gloss. 10. n. 26. vers.* ve-

veluti si is pauper &c. & dec. 51. n. 12. De Luc. ad Francb. dec. 226. n. 4. Castill. dec. 89. n. 16. Capyc. Latr. dec. 55. n. 41. vers. verum Cardo &c. Palador. quotidian. differt. 109. §. 5. n. 2. Rot. dec. 143. cor. Verall. par. 1. quæ famigerata decisio litteris aureis esset notanda, ut inquit *de Marin. resolut. iur. lib. 2. cap. 116. n. 47. in fine*, quod quidem argumentum fraudis suspiciendæ ob paupertatem, aliasque coniecturas latissime exornat eadem *Rota Nostra in supra relata Florentina Prætensi Retractus 10. Septembris 1717. §. Plures & quidem urgentes &c. cor. Vrbani*,, ibi ad med.,,

,, Ex hac enim actorum paupertate sicuti certe resultabat,
,, quod ex propriis pecuniis emere non poterant, qui totum
,, patrimonium distrahere coacti fuerant, & verisimilitudo etiam
,, suadebat, quod nec acciperent, aut verius accipere valerent,
,, pecunias sub usuris ad effectum retrahendi stabilia, ita dicendum videbatur, quod retractus a personis indigentibus
,, petitus, esset simulatus in favorem subministrantis, seu numerantis pecunias ad retrahendum, quo casu non erat ullatenus concedendus,,

XIII. Secundum argumentum ex eo certe dignoscitur, quod D. Franciscus Baptista Patruus d. Evangelistæ comparuerit in iudicio, petiitque & ipse retractum in limine ferendæ sententiæ, & postquam malum ius latebat vicinitatis, atque consortii d. Evangelistæ; quod quidem tanti momenti est, ut inter ipsos præsumi debeat collusio, quæ inter fratres atque coniunctos facillime præsumitur *Rot. dec. 880. n. 19. cor. Dunoz. iun. dec. 319. n. 11. cor. Peunting. & dec. 13. n. 20. p. 19. tom. 1. rec. dec. 86. n. 6. cor. Benincas. Falconer. de fals. dec. 6. n. 5. tit. 13.* eaque probari solet levissimis præsumptionibus & coniecturis etiam imperfectis *Capon. discept. for. 326. n. 72. vers. quæ simulatio Palm. alleg. 8. n. 36. 37. & alleg. 55. n. 35. 36. & 37.* ubi quod duæ tantum sufficiunt *Staiban. iun: resolut. 9. n. 7. cum seq. tom. 1. Giurb. dec. 51. n. 11. Ottobon. dec. 268. n. 13. de Comit. dec. Sen dec. 46. n. 4. eademque Rota Nostra in supra rel. dec. Florent. Prætensi Retractus 10. Septembris 1717. § In casu præsenti cor. Vrbani.*

XIV. Tertium argumentum agnoscendæ simulationis præbet documentum *a c. 102.* patet enim, Dominicum Evangelistæ Fratrem germanum causam fovere pro d. eius fratre, de cuius paupertate & ipsemet testatur

ſtatur: ex quo concludendum eſt, non modo eſſe ſimulationem coniecturis probatam, ſed ipſa confeſſione partis confirmatam.

XV. His addimus, inveriſimile quidem eſſe quod Evangeliſta hoc iudicium ſuſtinere valeat, qui non habet quo ſe, ſuoſque de die in diem alere poſſit.

XVI. Præterea hic quoque recenſere iuvat, quod dum ageretur de hac lite componenda Presbiter Matthæus, qui retractui renuntiaverat *a c.* 38. ſcripſit nonnulla capitula prout in actis *a c.* 98. quæ continent quod ſi D. Pappiani ab hac lite liberare ſe voluiſſet, ſatis erat quod pro eodem pretio per ipſum ſoluto Coniugibus Ghezzi, domum, de qua petitur retractus, venderet ipſimet D. Matthæo. Quod quidem pro agnoſcenda ſimulatione iudicii maximum, atque præcipuum præbet argumentum.

XVII. Ex quibus concludendum procul dubio videtur, Evangeliſtam nullum pro retractu ius potiri, & quatenus de eo conſtare diceretur, minime ipſi dandum eſſet mandatum, tanquam fraudis & ſimulationis nota obſignato.

XVIII. Ad Presbiterum Franciſcum Baptiſtam accedimus: is enim pari labe cum Evangeliſta ſignatur, tum quoad actionem, tum qnoad vicinitatem.

XIX. Quo ad vicinitatem attinet, ſciendum eſt D. Franciſcum Baptiſtam tanquam Patrimonium Eccleſiaſticum poſſidere unam domum Plant. lit. D. annexam domui C. cum qua Evangeliſta petit & ipſe retractum, quæ quidem conſtituta eſt manſionibus ſuperioribus atque inferioribus, minimeque confinans cum domo, de qua in præſens agitur *Proc. a c.* 95. adeoque cum de natura iuris congrui ſit, ut attendatur tantummodo vicinitas, & contiguitas, *Anch. conſ.* 160. *per tot. Tiraquell. de retract. lignager in præfat. n.* 2. *Zaul. ad Stat. Favent. lib.* 2. *n.* 22. *lib.* 5. *& rub.* 10. *n.* 5. *lib.* 6. *pag. mihi* 195. *Rota Noſtra in Calceſana Retractus* 26. *Ianuarii* 1718. §. *Ex his enim coram Calderon.* hac qualitate deficiente ius congrui ceſſare diximus §. 9. & 10.

XX. Verum quatenus etiam d. Presbiter Franciſcus Baptiſta eſſet conſors, vel vicinus, ut tantummodo aſſeritur, nihilominus retractum conſequi minime poſſet; etenim D. Pappiani antequam alienaret domum d. Bandini iudicialiter requiſivit Bonaventuram fratrem rei domeſticæ negocia gerentem, qui poſtmodum renuntiavit retractui *a c.* 1. hæc enim interpellatio tanquam facta fratri familiæ negotia gerenti *a c.* 104.

 di-

dictum Franciscum Baptistam afficere, respondit *Rota Nostra lib. mot. trium Iudicum.* 103. *a c.* 59. §. *Non enim obstavit*, ibi „ Non enim obstavit, quod „ dicta requisitio, & certioratio „ non diceretur facta omnibus dd. „ fratribus de Sichis, sed solum „ Iosepho Baptistæ, ut ita depo- „ suere dd. duo Testes, quia cum „ dictus frater, ut deponit quar- „ tus testis inductus per D. Nic- „ colaum Gubernium, & totam „ administrationem domus habe- „ ret, ex tali administratione, „ & contractibus gestis, ut ce- „ teri omnes fratres in communi „ existentes obligarentur, super- „ fluam reputavimus aliorum re- „ quisitionem, & licentiam „

XXI. Præterea cum d. Bonaventura citatus fuerit cum clausula *Bonaventura e suoi a c.* 1. hæc dictio tantæ est efficaciæ, ut concipiat omnes coniunctos eius, qui citatus fuit *Tiraquell. de retract.* §. 1. *gloss.* 9. *n.* 1. §. 32. *num.* 83. patet ergo, dict. Presbiterum Franciscum Baptistam non posse amplius ad retractum redire, etsi tacite renuntiasse diceretur per omnes *Pacion. allegat.* 111. *n.* 3. *& seqq.*

XXII. Præter hasce certissimas iuris factique demonstrationes urget quoque indubitata conclusio, quod retrahens, quoties petit retractum, debet integrum rei retrahendæ pretium deponere, quo quidem non facto, statuto retractus potiri non potest *Giurb. observ.* 19. *n.* 21. *& seqq. Rocc. disput. iur. select. tom.* 1. *cap.* 160. *n.* 55. *ad* 60. *Quæsda differt.* 3. *n.* 59. *& seqq.* magistraliter *Rot. Nostra in Mutilianen. Retractus* 20. *Iulii* 1617. *in causa Pensieri, & Fontana cor. Pinocchio S. Accessit & tertio, ex lib. Mot.* 97. *a c.* 286. ita tamen ut depositum debeat esse integrum, & in uno nummo tantum deficiens non relevet *Aldovin. cons.* 40. *n.* 30. *& seqq.* cum ceteris.

XXIII. Quod quidem æquissimum est, Nam sicuti vicinus in quacumque parte Iudicii, ac etiam post sententiam potest recedere a petito retractu, tanquam inducto pro se iure speciali, per regulam *Text. in L. Si Iudex ff. de minoribus* quam referunt, & tenent *Tiraquell. de retract. lignag.* §. *fin. n.* 24. *Benedell. de iure Prothomiscos n.* 65. *Franch. dec.* 346. *n.* 8. *Sanfelic. lib.* 1. *dec.* 108. *num.* 16. ita iure prudenter dispositum est, quod vicinus pretium rei retrahendæ deponat, ne petendo retractum pœnitentia ductus recedat, neve sumptibus eludat emptorem.

XXIV. Ex quo quidem observare est, quod cum Actores nullum depositum fecerint pretii domus retrahendæ, ipsis Ius con-

congrui minime concedendum est.

XXV. Neque opponi potest quod pretium fuerit incertum; siquidem huic obiecto respondet *Rot. Nost. in d. Mutilianen. Retractus 20. Iulii 1617. §. Accessit tertio ad med. cor. Pinocchio* „ ibi „ „ Actor autem in casu nostro „ non deposuit accessionem, & „ augmentum illud pretii, quod „ iuxta æstimationem faciendam „ erat facturum, & idcirco depo„ situm illud tanquam diminu„ tum, & non integrum, non „ poterat illi suffragari; neque „ obstat quod fuerit incertum, „ nam iure communi non minus „ quam municipali receptum „ est, ut pro incertis fiat depo„ situm illud quod muscale vo„ catur, præstito fideiussore de „ rata integra persolvenda, vel „ supplenda cum erit liquida „

XXVI. Recolendo itaque omnia, quæ huc usque exposita sunt, tum circa vicinitatem minime ab adversariis probatam, & defectum actionis ob renuntiationem iuri congrui ab actoribus factam, tum circa collusionem ipsiusmet petiti retractus & non factum depositum, evidens omnino videtur, malum ius adversariorum latere, minimeque ad petitum retractum admittendos esse, sed clientes nostros absolvendos, mulctandosque fore adversarios temere litigantes pecuniaria poena litis expensarum ad *vulgat. Text. in L. Eum quem temere 79. in princip. ff. de Iudic.*

ARTICVLVS II.

Quoties adversariis minime obstaret defectus actionis, adeout ipsis competeret ius congrui, deberent solvere illud pretium non ab emptore solutum, sed quod valeret domus per appretium faciendum tempore consignationis, nulla habito respectu ad pretium in prima alienatione contentum, iuxta Censuram Statuti Mutilianæ Rub. 41. lib. 2. & iuris dispositionem.

XXVII. Iactis hisce solidissimis fundamentis circa exclusionem retractus per Adversarios petiti, quæ tamen utpote probata, nulla vi convelli possunt, ad alterum Caput quæstionis nostræ demonstrandum accedimus litterali Mutilianæ Statuti dispositione *d. rubric. 41. lib. 2.* quæ circa pretium est fere eadem cum *Rubrica 109.* Statutorum Florentiæ, ut patet ex utriusque lectura, & testantur centies *Sabell. resol. 68. n. 1. & de Comit. dec.*

Sen. 3. n. 46. quod Statutum tanquam Ius commune litigantium venit omnino attendendum, servandumque *Bart. Bald. & alii in L. Cunctos populos Cod. de summ. Trinit. & Fid. Cath. in L. Omnes populi ff. de Iust. & Iur. Bald. in L. Data opera Cod. qui accusare non possunt, & in L. Quicumque Cod. de serv. fugit. Soccin. in L. Gallus §. Quidem recte de lib. & posthum. Anch. in repet. Cann. de constit. 14. Honded. cons. 5. n. 2. lib. 1. Spad. cons. 271. n. 6. Roland. cons. 31. num. 22. lib. 4. Peregrin. de iur. Fisci lib. 5. tom. 1. n. 135. Gratian. cap. 307. per tot. Rota Nostra Lib. Mot. 54. a c. 296. n. 2.*

XXVIII. Verum ne veritati rem minus gratam facere nos autument adversarii Statutum simpliciter allegando per extensum hic referre operæ opportunum existimavimus.

XXIX. Postquam Statutum Mutilianæ *rub. 41. lib. 2.* disposuit ne quispiam vendat, vel quoquo modo alienet rem aliquam immobilem irrequisito consorte, vel vicino, qui prius intimari debeat ad se declarandum utrum velit rem vendendam acquirere nec ne: & in casu, quod dixerit velle se emere, si fuerint in concordia de pretio, consortem teneri emere pretio concordato, his prosequitur verbis „ Si autem „ de tali pretio concordes non „ essent, declaretur pretium per „ tres eorum amicos communes, „ vel duos ex eis tertio absente, & irrequisito, eligendos „ per ipsas partes, ad eorum electionem cogendos, ipsique electi declarare cogantur, & „ ipso pretio declarato, venditio „ & concessio fiat tali consorti „ vel vicino respective per publicum Instrumentum vallandum & roborandum ut supra „ NULLO RESPECTU HABITO AD „ PRETIUM IN PRIMA ALIENATIONE CONTENTUM „ Deinde prosequitur Statutum declarando casum, de quo in præsens res est, & in quo stat causæ momentum hisce verbis „ Et si qua „ alienatio facta fuerit contra formam prædictam compellatur is, „ qui de tali alienatione rogatus „ fuerit, copiam alienationis, seu „ Instrumenti exhibere tali consorti, vel convicino redimere „ volenti soluta competenti mercede; qui consors, vel vicinus „ petere possit talem rem alienatam ab eo, in quem facta esset „ ipsa alienatio, sibi vendi, & „ concedi quandocumque PRO IUSTO PRETIO UT SUPRA DECLARANDO.

XXX. Sed cum supra declaraverit æstimationem de re retrahenda faciendam esse tempore retractus nullo respectu habito ad pretium in prima alie-

alienatione contentum, evidens est superius expressam sanctionem in hac posteriori dispositione per illa verba VT SVPRA adesse repetitam, cum dicta clausula stet repetitive, aut relative, tanquam apposita in oratione continuata, in qua non est specialiter a statuentibus provisum, adeoque tamquam dependens a præcedenti dispositione fit repetitio ex qualitate expressi, ex unitate sermonis, & structura verborum *Cyriac. controv.* 400. *n.* 10. *& seqq. Caball. cons.* 128. *n.* 221. *& seqq. Randenasc. cons.* 30. *n.* 106. *Rot. dec.* 273. *n.* 7. *par.* 15. *rec. Rot. Nostra in Florentina Retractus* 23. *Ianuarii* 1680. *cor. Vrceolo*, & cum omnibus suis qualitatibus & conditionibus *Peregrin. de fideicommiss. artic.* 29. *n.* 16. *Bersan. tract. de ultim. volunt. cap.* 1. *quæst.* 45. *n.* 2. *Barbos. de diction. dict.* 441. *n.* 1. *Buratt. dec.* 161. *ibiq. Adden. n.* 12. *Dunozett. dec.* 853. *n.* 2. *eadem Rota Rom. in Romana Pecuniaria* 28. *Martii* 1707. *§. Nec obstat cor. Kaunitz Rot. rec. dec.* 322. *n.* 5. *part.* 15. *& part.* 18. *tom.* 2. *dec.* 961. *n.* 7. *&* 8. *Rota Nostra in supra relata dec. Florentina Retractus cor. Vrceolo §. Eo maxime, & in Florentina Successionis* 12. *Septemb.* 1692. *Lib. Mot.* 132. *a c.* 586. *cor. Aud. Marino §. Rem autem claram, & in Ferrarien. Fideicommissorum cor. b. m. Aud. Bonfini Sen. impress. apud Balducc. de legat. tit.* 3. *dec.* 233. *n.* 10. *& in Florentina Fideicommissi de Pittis apud Samminiat. controv.* 201. *n.* 131. *& fusius in eius Confirmatoria Lib. Mot.* 137. *a c.* 211. *ex num.* 125. *& seqq. & in Florentina Salviani* 1. *Octob.* 1720. *cor. clar. mem. Aud. Francisci Antonii Bonfini, & in Florentina Fideicommissi de Martellinis* 27. *Septemb.* 1745. *cor. Illustriss. & Reverendiss. DD. Canonicis Iulio del Riccio, Antonio de Riccis, & clariss. Senat. Ioanne Vguccioni n.* 23. cum referens eamdem vim obtineat, atque efficaciam, quam obtinet relatum, ad quod semper recurrendum est, ut ex illo suppleatur id totum, quod deficit in referente *Rot. cor. Molin. dec.* 376. *n.* 23. *tom.* 2. *dec.* 761. *n.* 24. *tom.* 3. *par.* 1. *& part.* 2. *dec.* 846. *n.* 111. *& cor. Falconer. tit. de fideicom. dec.* 56. *n.* 5. *Rot. rec. dec.* 536. *n.* 9. *par.* 4. *Rota Nostra apud Palm. dec.* 454. *n.* 65. *& seqq. & in Florentina Electionis ad maioratum* 15. *Aprilis* 1705. *cor. Aud. Bellutio, & in Liburnen. Fideicommissi* 6. *Iunii* 1727. *§. Cum igitur cor. Piccinini*, & sit illius pars integralis, eaque omnia conti-

neat, quæ in relato cum suis modis, qualitatibus, & circumstantiis, ut ex eis unica fiat dispositio *Rota Nostra in Florentina Fideicommissi* 22. *Augusti* 1704. *cor. Bizzarrini Sen. Farsetti, & de Nobilibus, & in Florentina Fideicommissi de Feronis super exclusione Primogeniti Iunioris* 15. *Maii* 1736. *§. Et quamvis cor. Vieri, Mormorai, & Venturini Sen.*

XXXI. Supra vero disposuit Statutum, quod consors requisitus ante perfectam alienationem obtineat retractum pro pretio in pactionem deducendo, sin minus pro pretio a duobus, vel tribus amicis pro singula parte eligendis declarando, nulla ratione habita ad pretium in prima alienatione conventum cum venditore antequam requireretur consors. Ideo quoties alienatione sequuta irrequisitus consors petit retractum, de quo meminit Statutum in dicto casu cum dictione VT SVPRA, complectere debet d. superius dispositionem, ac si expresse, litteraliter Statutum dixisset, quod supra fuit dictum; quod consors irrequisitus retrahere volens de pretio conveniat cum venditore, si non convenerit debeat retrahere pro pretio a duobus vel tribus amicis pro parte eligendis declarando, nulla habita ratione ad pretium in prima alienatione contentum: Statuentes enim ut compendiose præscriberent eumdem ordinem, modum, formam retractus, quam in præcedenti casu præscripserant, illam designarunt cum dictione VT SVPRA, quæ de sui natura est repetitiva omnium præcedentium *Palm. alleg.* 47. *& alleg.* 50. *n.* 43. *& n.* 3. *&* 86. *de Luc. de fideicommiss. disc.* 32. *n.* 9. *Surd. dec.* 291. *n.* 18. *Bersan. tract. de ultim. volunt. cap.* 1. *quæst.* 45. *n.* 2. in proposito argumentatur *Rota Nostra in Florentina Retractus* 3. *Septembris* 1653. *cor. Michaloro Lib. Mot. a c.* 146. *§. Imo vigore ad med.* „ ibi „ In secundo „ vero casu non factæ intimationis dicit; quod emptor teneatur revendere rem emptam consorti PRO PRETIO STATVENDO VT SVPRA, SI NEMPE NON FVERINT CONCORDES, hoc enim denotat illa dictio VT SVPRA, quæ importat relationem ad omnia præcedentia cum omnibus eius qualitatibus *Rot. dec.* 709. *n.* 6. *in fin. rec. par.* 1. & dicitur relativa omnium præcedentium *dec.* 319. *n.* 6. Ita ut ea omnia, quæ in relato continentur, censeatur fuisse disposita, ut æque ac in referente servanda sint. *Gratian. discept.* 832. *num.* 3. *& seqq. Cyriac. controv.* 7. *n.* 4. *Rota Florent. apud Palm. dec.* 454. *n.* 66.

n. 66. & seqq. & in Pisana Pecuniaria 9. Septembris 1729. §. Vtque id melius usque ad §. Quibus ita ad med. „ ibi „
„ Huiusque conclusionis dicit
„ rationem animativam esse, quia
„ relatio facta ad aliquid opera-
„ tur ut referens censeatur vo-
„ luisse servari omnia, & singu-
„ la, quæ a Statuto relato ser-
„ vari mandantur. Cum unum,
„ idemque parificet, ut unum
„ per aliud consistat, unum abs-
„ que altero nequeat consistere
Balducc. ad Ramon. cons. 37. n. 44. Altograd. Iun. controv. 94. n. 67. & seqq. Rota cor. Lancetta dec. 1297. n. 4. & 5. & dec. 1332. n. 6. & 7. Præsertim quando, prout hic, unica determinatio est plura determinabilia terminans, quæ uniformiter ea terminare debet *L. Iam hoc Iure ff. de vulg. & pupil. Rota Nostra Lib. Mot. 72. a c. 325. §. Consideravimus*, concurrente quoque identitate rationis.

XXXII. Patet ergo Statutum demandasse rem solvi æstimatione facta tempore retractus nullo habito respectu ad pretium in prima alienatione contentum.

XXXIII. Et certius, quia cum verbum illud DECLARANDO importet actum faciendum, sive futurum, non potest referri ad illud iam præteritum ex implicatione terminorum, scilicet ad illud tempus, in quo primus emptor iam stipulavit contractum cum venditore, sed proprie ad tempus, quo emptor & retrahens de certo pretio convenire debent *Io. Franciscus Sanfelic. dec. 108. n. 120.* ex ea ratione quod qualitas adiecta intelligi debet secundum tempus verbi *L. In delictis §. Si extraneus ff. de noxal.* conferendo pretium in tempus futurum, quo fieri debet appretium, adeoque hoc tempus quanti valeat res debet attendi per regulam de qua *Text. in L. Quoties, de verb. oblig. ubi DD. Oldrad. cons. 168. n. 2. Rot. Rom. in antiquis dec. 57. n. 3. Surd. cons. 331. n. 10. Napod. in terminis consuetudinis Neapoli si quis emit de iur. congr. n. 45. Sanfelic. d. dec. 108. n. 13. qui cum Vinc. de Franch dec. 390.* ponderat verbum d. Neapolitanæ consuetudinis PROVT APPRETIATA FVERIT, quæ circa pretium similis est nostro Statuto, ut centies testatur *Rota Nostra in Florentina Retractus 3. Septembris 1653. Lib. Mot. 122. a c. 146. §. Secundum quod ad med.* Dicit enim ESSE TEMPVS FVTVRVM, adeoque non posse retrahentem petere retractum eodem pretio ab emptore soluto utpote ex præterito constitutum *Alciat. in L. Verbum non oportebit n. 3.*

Re-

Rebuff. ibid. verſ. Verbum futurum Rota Noſtra in Florentina Retractus 22. *Auguſti* 1704. *cor. Ioſepho Farſetti Lib. Mot.* 138. *a c.* 278. quæ quidem ratio iure æquiparatorum eadem eſſe debet in caſu noſtro *Rom. conſ.* 129. *n.* 1. *litt. A. Palm. alleg.* 107. *n.* 21. *Rot. dec.* 98. *n.* 20. *par.* 19. *rec. Conſtantin. ad Stat. Vrb. tom.* 3. *deciſ.* 52. *n.* 8. *Rota Lucen. in Lucana prætenſæ Bonorum Vindicationis* 27. *Februarii* 1736. *§. Nec mirum cor. Cincio*, cum non minus verbum FVERIT, quam verbum DECLARANDO importent actum faciendum, ſive futurum.

XXXIV. Eo præſertim accedente, quod cum nullum maius teſtimonium ad mentem aliculus inveſtigandam haberi poſſit quam eius verba, quæ ad hoc unum adinventa ſunt, ut illam palam aperteque demonſtrent iuxta illud *Caſſidori* effatum, de quo toties meminit *Bald. in loc. relat. per Tiraquell. in L. Si unquam in verbo Libertis n.* 18. *C. de revoc. donat. L. Labeo* 7. *§. Tubcro ff. de pœn. legat. Tranchedin. conſult.* 10. *n.* 23. *Rot. cor. Celſ. deciſ.* 13. *n.* 10. *& dec.* 242. *n.* 6. *Rota Noſtra in Caſcinen. Retractus* 30. *Martii* 1747. *§. In hoc autem coram Vrbani, Meoli, & Agnini*, eo quia ſunt ſigna potiſſima voluntatis, eoque modo fit ſenſibus noſtris notiſſima, prout cum expoſit. *Tit. Inſtitutionum & ff. de verb. ſignific. & Lock Eſſai philoſophique lib.* 3. *cap.* 1. *§.* 2. *& cap.* 9. *§.* 5. *Heinec. Elemen. philoſoph. ration. in log. cap.* 4. *ſect.* 2. *§.* 189. *notarunt DD. Advocati, Burroni in Florentina Dotis* 13. *Aprilis* 1745. *§. E' vero, & Meoli in Colcn. Commendæ* 10. *Septembris* 1755. *§. Quì riſtretta*, illa in ſenſu ordinario & proprio accipienda ſunt *L.* 3. *§. Hæc verba ff. de negot. geſt. ubi Bartol. Bruneman. in Cod. lib.* 1. *tit.* 10. *leg.* 1. *cap.* 4. *n.* 5. *Heinec. Elem. Philoſoph. rat. in log. cap.* 4. *§.* 199. D. *Adv. Burroni in d. Florentina Dotis §.*22. & in terminis Statuti *Voet. de Statutis ſect.* 7. *cap.* 2. *n.* 1. Et prout literaliter ſonant, iuxta naturalem ſenſum, & uſum loquendi *Puffendorff le Droit de la nature & de gens lib.* 4. *cap.* 1. *§.* 4. *& §.* 7. *Grot. le Droit de la Guerre & de la Paix lib.* 2. *cap.* 16 *§.* 11. *Heinec. Elem. Iur. natur. & gent. lib.* 1. *cap.* 7. *§.* 195. *Bruneman. in Cod. lib.* 10. *tit.* 4. *leg* 9. *n.* 10. *Rota Noſtra in Florentina Fideicommiſſi de Medicis* 10. *Septembris* 1723. *n.* 35. *cor. Vrbani, & Calderoni, & in Florentina Fideiuſſionis* 13. *Maii* 1732. *§. Re-*

tor-

torquetur cor. Vrbani, *& in Florentina prætensæ Primogeniture 5. Aprilis 1740. cor. Illustrifs. D. Aud. Mari*, *& in Florentina Bonorum Feudalium 27. Septemb. 1751. cor. Illustrifs. D. Aud. Iosepho Bizzarrini*, & secundum legalem significationem *de Comit. decis. Florent. 99. n. 6. Molin. dec. 817. n. 2. Mart. Med. decis. 77. num. 20. Rota Nostra in Florentina Retractus 11. Maii 1696. fol. 2. cor. Paciono*.

XXXV. Cum igitur Statutum nostrum ad suam mentem patefaciendam usum fuerit verbis expressis, claris, & rotundis, orationeque continuata, atque connexa, omnis prorsus interpretandi ratio exclusa est *Arg. L. 1. L. ult. Cod. de legat. & L. 3. ibique DD. de regul. Iur.* ita ut solum admittatur declarativa interpretatio, quæ est litteralis, seu verborum significativa *Bartol. in L. Omnes populi de Iust. & Iur. n. 65. Felin. in Proem. decret. n. 22. Alex. cons. 50. vol. ult. n. 12. aliique apud Mascard. de interpret. Stat. conclus. 2. n. 80. & conclus. 4. n. 107.*

XXXVI. Ex supra relata igitur sanctione ad evidentiam usque resultat, Statutum univoce, grammatice, litteraliter, naturaliterque demandasse, retrahentem debere solvere rem IVSTO PRETIO, quod æstimatione scatebit tempore retractus, nullo habito respectu ad pretium in prima alienatione contentum.

XXXVII. Hanc vero æstimationem a Statuto præscriptam non solum litterali eius dispositioni, ut vidimus, verum etiam perspicuis nitidisque rationibus & Iuris regulis consentaneam esse, patet sequenti animadversione.

XXXVIII. Supponamus Titium irrequisito consorte, & vicino, emisse fundum maiori pretio veri valoris, & consors, vel vicinus petat retractum pro pretio æstimando tempore consignationis. Non ne consors bene ageret? Non enim tenetur approbare malum factum Titii, qui ex hoc contractu esset in damno: Si ergo Titius esset in damno, quæ ratio est cur in lucro esse non debeat si fundum emerit tanti minus iusti pretii? Quæ ratio assistit consorti velle se retrahere fundum eo pretio a Titio persoluto si tanti minus emerit iusti pretii, cum si tanto magis petat fundum æstimari tempore consignationis. In primo casu est in iustitia pretii; suppofuimus enim Titium emisse fundum tanti pluris veri valoris. Verum in secundo nulla superest ratio, cur consors possit retrahere fundum

non iusto pretio, adeoque Titius, qui ex primo contractu fuit in damno, nunc quoque virtualiter damnum pati cogatur tradendo scilicet fundum minori pretio veri valoris contra vulgatam regulam, quæ præcipit: Illum commodum habere debere qui sustulit incomodum *Instit. lib. 1. tit. 6. Quibus ex caus. manumit. non licet*.

XXXIX. Quin pro impugnatione admitti possit retrahentem succedere in locum emptoris, adeoque cum Franciscus Bandini nullum damnum sentiat, quoties fit retractus pro eodem pretio ab ipso in emptione soluto, sicuti nec sentiret si Adversarii petendo retractum prævia æstimatione res minus, quam ab ipso soluta esset, appretiata foret, prout dixit *Rota Nostra in Florentina Retractus 4. Septembris 1653. per tot. cor. Paciono* pluries per nos allegata; ita nec lucrum habere possit; ex quo de æstimatione præcise facienda nequeat opponere.

XL. Obiectum enim multiplici responso removetur, & primo, quia etsi verum sit, *Rotam Nostram in supra relata decisione Florentina Retractus cor. Bononio* dixisse damnum proveniens a nova æstimatione cedere damno venditoris, non vero emptoris, cum tamen solidissimis argumentationibus contrarium tenuerit in terminis Statuti Florentiæ doctissimus *Blasius Michalorius Lib. Mot. 122. a c. 146.* cuius sententiæ valde adhærescit eadem *Rota Nostra in Florentina Retractus de Gencrottis 2. Decembris 1678. §. Verior tamen cor. Finetti*, eamque postmodum ex professo secuta est in una *Florentina Retractus de anno 1703. relatore Aud. Farsetti Iun.* concludendum omnino videtur ex allatis auctoritatibus, damnum spectare quidem ad emptorem concurrente etiam identitate rationis: Per retractum enim novus oritur contractus, cum duæ solvantur gabellæ, una pro venditione facta emptori, altera pro venditione facta retrahenti, sicuti si res emphyteutica sit, novum solvitur laudemium, licet solutum fuerit pro primo contractu, ut experientia demonstrat. Idque ostendit ipsamet Rubrica 41. Statutorum Mutilianæ lib. 2. quæ non rescindit contractum, sed tantummodo dat consorti vel vicino potestatem utendi retractu ad firmata per *Rotam in d. Florentina Retractus 3. Septembris 1653. cor. Michalorio*.

XLI. Præterea si omne damnum ex retractu resultans spectaret

ad

ad venditorem, utique emptor posset colludere cum retrahente circa pretium, vel eligendo inexpertum æstimatorem, vel quid minus iusti pretii in pactionem deducendo cum retrahente, vel deteriorando rem emptam, sicuti intra tempus trium annorum quamplurimæ deteriorationes accidere possent pro temporum mutatione, vel ob casum aliquem fortuitum, ob quæ res retrahenda minus valeret: Quæ omnia considerat *Rota Nostra in d. decis. Florentina Retractus* 3. *Septembris* 1653. §. *Imo vigore cor. Michalorio* „ ibi circa med. „ Si emptor & retrahens possunt inter sese con-
„ cordare de pretio, ergo omne
„ utile & damnum resultans ex
„ nova appretiatione ad ipsum
„ emptorem spectare debebit;
„ aliter concordando in pretio
„ minimo posset venditorem col-
„ ludere, quo nihil absurdius. Hoc idem sequitur eadem *Rota Nostra in d. Florentina Retractus de anno* 1703. *coram Farsetti Iun.*

XLII. Verum allegata *Florentina Retractus cor. Bononio*, non dicit lucrum, quod per novam æstimationem resultare potest, spectare ad venditorem, quin immo procedendo cum doctrina *Marciani cons.* 11. *n.* 3. cui innititur d. decisio, contrarium evincitur; siquidem *Marcian. loc. cit.* quæstionando an primus emptor teneatur de evictione erga retrahentem firmat teneri de illo pluri, ad quod ascendit, si res appretiata sit, ibique pluries sic iudicatum testatur. Ergo supponit, quod utile spectet ad emptorem; ergo ipsamet sententia, quæ tenet damnum spectare ad venditorem, supponit lucrum ad emptorem pertinere, quod quidem consequens ex allatis, *per Aud Bononium in d. Florentina Retractus* clare deducit *Aud. Michalorius* in Motivo supra allegato, ubi firmat, quod sicuti lucrum spectat ad emptorem, ita & damnum spectare debere ex regula tradita per nos §. 39. *ad finem*, quæ tamen propositio certissima evadit ex eo, quia persona alienantis non est comprehensa in d. Statuti dispositione.

XLIII. Et quamvis replicari posset, quod cum a Statuto vetitum prohibitumque sit, quempiam emere irrequisito consorte, & vicino, emens contra Statuti formam merito esset in damno, ut in primo casu supra exposito §. 39. & nequeat locupletare faciens actum de iure non permissum, ut in secundo casu propositum est.

XLIV. Objectum enim nec in facto subsisteret, nec relevaret in iure.

XLV. In

XLV. In facto quia Statutum non quidem exscindit contractum gestum inter emptorem, & venditorem irrequisito consorte vel vicino, sed tantummodo dat ipsis facultatem utendi retractu, ut vidimus §. 41. adeoque emptor ex iusto contractu iuste erit in damno aeque ac in lucro, si res aestimata sit maiori pretio, quam ab eo fuerit soluta.

XLVI. Vlterius cum Statutum prohibuerit alienationem irrequisito consorte, & vicino, mandaveritque in retractu faciendam esse aestimationem, ea ratione, qua observanda est prima Statuti sanctio, ea prorsus servanda venit forma retractus; & ideo emptor contra voluntatem Statuti irrequisito consorte potest compelli ad sibi revendendam rem iam emptam ab ipsomet vicino irrequisito in prima acquisitione rei, sed quo pretio, eo prorsus a Statuto demandato, scilicet per aestimationem faciendam tempore retractus, cum non minus una pars dictae sanctionis observanda sit, quam altera subsequens priori connexa *Voet. de Statutis sect. 7. cap. 7. n. 1.* Poena igitur imposita a Statuto est, quod talis emptor cogi possit ad rem dimittendam, & consorti vel vicino tradendam PRO IVSTO PRETIO a Statuto demandato, cum nullitas contractus imposita sit a Statuto in primo casu alienationis factae medio tempore, quo vicinus fuerit requisitus, saepius allegata *Florentina Retractus cor. Michalorio §. Nec dicatur*, non vero poena consistit in varietate pretii, cui perpetuam constantiam Statutum dedit, scilicet ut semper iustum esset. Iustum enim pretium aestimatione praesenti constituitur *Corradin. de iur. Praelat. quaest. 62. n. 13. & de contract. quaest. 56. conclus. 3. n. 7. Abeccles observ. 140. par. 1. n. 1. Peregrin. de privileg. Fisc. lib. 6. tit. 4. n. 8. Covar. var. resolut. lib. 2. cap. 3. n. 4. vers. 2. Cyriac. controv. 169. n. 18. Ludovis. cum Beltram. dec. 551. n. 3. & seqq. Rot. rec. decis. 770. n. 7. & dec. 197. n. 4. & seqq. par. 15. Rota Nostra in supra relata Florentina Retractus §. Totum discrimen cor. Bononio, & in Florentina Retractus 21. Ianuarii 1675. cor. Camillo Finetti Lib. Mot. 118. a c.*

XLVII. Haec autem in facto per sese clara, iure quoque clariora redduntur, quia, ut diximus, contractus primi emptoris etiam non servata Statuti forma validus est atque perfectus, per omnes *de Comit. dec. Sen. 3. n 38. Rota Nostra in d. Florentina Retractus 3. Se-*

ptembris 1653. §. *Nec dicatur cor. Michalorio*. Lucrare igitur poterit id omne, quod a validitate actus, temporis varietate, casuum accidentia rei accidere possunt, vel ea quæ industria sua præstaverit; sicuti enim potest exercere omnes, & quoscumque actus dominii, ita & lucrare quidquid rei acciderit etiam indipendenter a facto hominis, intra vero limites æquitatis, & iustitiæ, atque a Statuto iam demandatæ æstimationis, præsertim cum subeat periculum, quod per novam æstimationem rei pretium ab eo solutum decrescere possit, ut vidimus §. 39.

XLVIII. Quid plura? non est inspicienda sola pretii constitutio, sed finis ad quem directa est tanquam primum principium intentionis & ultimum executionis *Molin. de Primog. Hispan. lib.* 1. *cap.* 5. *n.* 14. *&* 15. *Tiraquell. de retract. lignager.* §. 1. *gloss.* 7. *n.* 45. *Lotter. de re benefic. lib.* 1. *quæst.* 6. *n.* 6. *& seqq.*

XLIX. Finis autem Statuti circa novam pretii constitutionem talis est, ut omnes quæstiones, litigia, fraudesque omnes a dicto contractu ablongæ sint, & fundus ad retrahentis manus quocumque gravamine solutus, iustoque pretio perveniat *Iacob. Gothofred: in L. Dudum Cod. de contrahend. empt. bene Rota Nostra in sæpius allegata Florentina Retractus* §. *Eo minorem*, *&* §. *Titulus non obitur cor. Bononio*.

L. Neque retrahenti ulla fit iniuria, quia cum retrahat iusto pretio, securus remanet fraude, collusione, pretiique gravamine; quod contrarium esse posset retrahendo eodem pretio ab emptore soluto, eo ipso, quod talis retractus sibi videretur utilior.

LI. Neque conqueri potest nullum emolumentum a retractu persentiscere quoties succedit in contractu cum alio inito, in sui natura, suique essentia perfecto contra naturalem facultatem cuique ingenitam vendendi rem suam uni potius, quam alteri, ad vulgatum *Textum in d. L. Dudum Cod. de contrahend. empt. & in L. Invitum* 11. *Cod. eodem*, quos late exornat *Rota Senen. in una Iuris Prothomiseos* 9. *Septembris* 1680. *cor. Aud. Sergrifio Rota Nostra cor. Vrceol. decis.* 18. *num.* 10. *& in Florentina Retractus* 27. *Feb.* 1693. *cor. Cavalcanti Lib. Mot.* 120. *a c.* 193. *in Florentina Retractus* 27. *Augusti* 1734. §. *Sed omne cor. Advocato Mercati olim Neroni*, & ante illos Cicero in prima *Oratione de Lege Agraria* contra *Servilium Rullum*.

LII. Accedit quod sicuti si ven-

 ditor

ditor rem alienatam retrahens tenetur restituere pretium non constitutum tempore venditionis, sed illud de tempore retractus, ut fuit resolutum a *Rota Romana in Romana Vinearum 29. Decemb. 1726. cor. Calcagnin.* ita dicendum erit, retrahentem debere solvere illud pretium, quo res venerit æstimata tempore retractus, non quod fuerit ab emptore solutum.

LIII. Tandem ad magis magisque confirmanda, quæ hucusque dicta sunt, iuvat animadvertere Statutum in casu, de quo in præsens res est, dispofuisse, quod si aliqua alienatio facta fuerit irrequisito consorte, is petere possit rem alienatam ab eo, in quem facta fuerit ipsa alienatio sibi vendi, & concedi quandocumque PRO IVSTO PRETIO.

LIV. Verum si hæc sunt verba clarissima Legis, virtute quorum consors, & vicinus ius habent pro retractu, hæc quoque subsequens conditio est legis præceptum, quoties addit PRO IVSTO PRETIO, VT SVPRA DECLARANDO, idest per duos vel tres amicos communes declarando nullo respectu habito ad pretium in prima alienatione contentum, superius allata *Florentina Retractus 3. Septembris 1653. cor. Michalorio §. Imo vigore:* qua de re si retrahens uti velit facultate sibimet per Statutum concessa pro retractu, adnotatam conditionem, quæ facit actum immediatum, univocum, inseparabilem, sequatur necesse est. *Rota Rom. in Veliterna Retractus 13. Iunii 1735. §. 5. cor. Calcagnino.*

LV. Perperam autem obiicitur d. conditionem per statuentes fuisse adiectam favore retrahentis. Nam cum d. conditio sit immediate apposita facultati retrahendi, inducit casum decisum, cum versetur circa substantiam utendi retractu, vel non. Consors enim nullum ius haberet ad retrahendam rem alienatam, nisi hoc unum per Statutum foret provisum. Ergo quoties per providentiam Statuti datur retractus cum dictione PRO IVSTO PRETIO DECLARANDO PER DVOS VEL TRES EORVM AMICOS COMMVNES NVLLO RESPECTV HABITO AD PRETIVM IN PRIMA ALIENATIONE CONTENTVM, iusta conditio est quæ apponi poterat ab eo, a quo tolli poterat potestas atque retrahendi facultas.

LVI. Laborat quoque obiectum falsitate suppositi, quia si in facultate retrahentis esset solvendi iustum pretium, æstimatione declarandum, supponeretur, consortem potuisse retrahere alio pretio, hoc esset vel maior, vel minor, æstimatione, quod esse non potest,

cum

cum nullo iure determinetur.

LVII. Non Iure Divino. Quod enim legitur in sacris litteris *Rut. cap. 4. Levitic. cap. 25. Hierem. cap. 32.* concedens Hebræis ius retractus, licet ad tempus, habetur pro particulari lege Mosaica, quæque in novo Christi Testamento minime approbata est *Cuiac. consult. 6. Zann. de iur. & Iuris. dict. municip. cap. 86. num. 2. vers. Reprobat. &c. Tiraquell. de retract. lignag. in præfat. n. 8. Corradin. de iur. prælation. quæst. 2. n. 2. Rot. dec. 783. n. 6. part. 2. rec.*

LVIII. Neque Iure Canonico, siquidem *S. Pontifex Gregorius IX. in cap. Constitutus 8. de in integr. restitut.* unice mandavit, quod Clerici comprehensi forent in consuetudine Municipii *Parrosinensis*, qua res alienatæ in extraneos per consanguineos retrahi poterant, quo fit ut ex d. Canonica Sanctione nullum ius ortum dici possit.

LIX. Neque Iure Civili, quia quidquid mandaverint *Imperatores Leo & Anthemius in L. unic. Cod. non licere habitator. metrocom. &c. lib. 11.* Ius singulare, aut particulare constituit nequaquam egrediens fines loci, pro quo lex lata fuit *L. final. Cod. de fund. rei privat. &c. lib. 11. Bonden. collectat. 9. n. 12. & collect. 31. n. 161. vol. 2. Rot. dec. 353. n. 53. cor. Merlin.* cum iure communi certum, indubitatumque sit, quempiam rei suæ esse arbitrum, & patronum, ut vidimus *§. 51.*

LX. Neque approbatum fuit ius congrui ab Imperatore *Friderico II. cum illa celebri Constitutione Sancimus de iure Protbomiseos*: Illam namque græca lingua exaratam promulgavit, non ut Imperator Occidentis, sed uti Rex utriusque Siciliæ, absque die, Consule, loco, quæ necessaria sunt ad legem generalem constituendam, per omnes *Hunn. Encyclop. Iur. par. 1. tit. 2. de legib. & princip. Constit. per tot. & signanter n. 2.* adeoque tanquam legem particularem tantopere a iure communi absonam, nullam pro retractu actionem tribuere, nisi speciali lege recepta fuerit, elegantissime dixit *Rota Senen. in una Senen. Iuris Protbomiseos 9. Septembris 1680. fere per tot. cor. Aud. Sergrifio de Luc. de retract. disc. 68. n. 11. Rota Nostra in Florentina Retractus 21. Ianuarii 1677. cor. Aud. Camillo Finotti Lib. Mot. unius Iudicis 118. a c. 148. §. Et quamvis.*

LXI. Igitur ex eo quod nullo iure determinetur pretium retractus, cum nullum ius sit, qui pro retractu præbeat actionem, nisi quo loci per consuetudinem,

 vel

vel Statutum recepta foret retrahendi facultas; certum est Adversarios falso supposito laborare, quoties dicunt velle se retrahere pro illo pretio ab emptore soluto, cum Statutum Municipii *Mutilianæ d. rub.* 41. actionem tribuat retrahendi pro pretio æstimando, & nulla lex sit; qua possint habere retractum eodem pretio per emptorem soluto.

LXII. Tandem si in facultate esset retrahentis eligere vel pretium æstimatum, vel aliud, non dixisset Statutum QVOD NVLLVS HABENDVS ESSET RESPECTVS AD PRETIVM IN PRIMA ALIENATIONE CONTENTVM, hoc enim de directo pugnaret cum obiecto, adeoque cum veritas una sit, nec amittat mendacium *Gregor. Nissen. Orat. pr. contra Eunom. Rota Nostra in Piscien. Retractus* 7. *Septembr.* 1730. *cor. Illustrifs. DD. Aud. Marco Philippo Bonfini, Advoc. Quaratesi, & Meoli §. La moltitudine*, in claram venit consequentiam irrelevantia obiecti a verborum regione deducta, ab inverisimilitudine, atque defectu suppositi.

LXIII. Ad auctoritates vero quod attinet, quas pro eorum confirmanda sententia circa prætensam facultatem eligendi pretii, in medium afferunt adversarii, prout est pluries allegata *Florentina Retractus* 21. *Ian.* 1675. *in Causa Baldesi, & de Oricellariis Lib. Mot.* 118. *a c.* 146. & *Sententia DD. CC. Legum huius præstantissimæ Vrbis diei* 24. *Aprilis* 1742. latam ad relationem *Illustrifs. D. Marci Philippi Bonfini* tunc temporis Rotæ, nunc vero S. C. M. in Signatura supplicum gratiæ, & iustitiæ tota plaudente Vrbe Auditor, & Consiliarius emeritissimus, & altera Sententia eiusdem confirmatoria *de die anni* 1743. ad relationem Dominationis vestræ Illustrissimæ *in Causa Ronconi, & Casalini*.

LXIV. Sed pace Adversariorum hoc unice dictum sit, has res iudicatas, neque terminos quæstionis nostræ percutere, neque unquam attigisse, adeoque contra hactenus firmata vel minimam facere probationis caussam. In primis enim quod attinet ad *d. decis. in Florentina Retractus in Causa Baldesi, & de Oricellariis*, sciendum est PP. S. Mariæ Novellæ concessisse D. Senatori de Oricellariis quoddam viridarium ad tertiam ipsius generationem pro certo canone, certisque pactis in pactionem pro utraque parte deductis, Quo factum est, ut D. Baldesi tanquam consors, minime in d. concessione requisitus, iudicium pro retractu viridarii intentaverit contra D. Senatorem de Oricellariis: In-

ſtructa cauſa, Iudex dubitavit, an in re emphyteutica Eccleſiæ pro utili dominio dandus eſſet retractus d. D. de Baldeſis, & licet pro affirmativa contra ſententiam *Amat. reſol.* 54. *in fin. Rocca diſput.* 165. *n.* 5. *Corradin. quæſt.* 5. *n* 36. *quos ſequuta eſt Rota Noſtra prout Lib. Mot.* 105. *a c.* 24. *e a c.* 25. deciſum foret, & immiſſus in poſſeſſionem Viridarii D. Baldeſi pro iisdem pactis, eodemque pretio per ipſum D. Senatorem ſoluto atque promiſſis, id evenit, ut quam fieri poſſet ſervarentur in damno tum PP. S. Mariæ Novellæ, tanquam domini directi, tum ipſemet D. Senator, qui nunquam in iudicio comparuit, prout videre eſt in *d. Motivo per tot.* Imo d. D. Baldeſi in actis proteſtatus fuerat quod liberum eſſet Parti adverſæ, vel cedere viridarium eodem pretio per d. Senatorem ſoluto, vel pro pretio æſtimando; quo factum eſt ut renuntiatio facta æſtimationi effecta fuerit, non quidem ut proprium ius d. D. de Baldeſis tanquam vicinus, ſed in gratiam D. Senatoris, ne ſcilicet ullum damnum a retractu ſentiret, quod quidem accidere poterat ſi viridarium fuiſſet æſtimatum; neve PP. S. Mariæ Novellæ nihil de conſtabilitis cum d. D. Senatore perderent: æſtimatio enim ut plurimum pretium ſolutum minuit *Rota Noſtra in Florentina prætenſi Retractus* 2. *Decemb.* 1678. § *Eo fortius cor. Farſetti Lib: Mot.* 129. *a c.* 486. quo factum eſt, ut quod lex ſtatutaria ligabat, partium conſenſu diſſolveretur, ut eleganter de more dixit *D. Adv. Meoli in Piſana Emphyteuſis* 22. *Martii* 1739. *§. Quidquid ſit.*

LXV. Conſimiliter cedunt ſuprallegatæ ſententiæ in Cauſa *Ronconi, & Caſalini.* Nam ibi agebatur principaliter an locus eſſet retractui per *D. Vincentium Ronconi* petito ſupra prædium *della Valle* contra *fratres de Caſalinis*, qui d. prædium permutaverant cum *Sebaſtiano Liverani*, ſibi datis duobus prædiolis tertiam partem valoris d. prædii permutati *della Valle* facientibus, cum per alias duas partes ſolviſſent numerata pecunia; hinc liquet, quod dubitatum fuit, an foret contractus permutationis, an vero puræ venditionis ad effectum retractus, de quo agebatur: Et licet relatæ ſententiæ declaraverint tunc temporis debuiſſe retractum *D. Ronconi* eodem pretio, iisdemque pactis reſpective ſoluto atque firmatis, id evenit quia *d. Ronconi*, non recuſavit tali modo habere retractum, cum ſupra novam æſtimationem non inſteterit; proindeque cum diſpoſitio rationis

tionis, atque Statuti, neque oppofita, atque propofita, neque prout in præfens infpecta, cognita, atque difcuffa, certum eft, quod dictus articulus non remanfit decifus, adeoque allegatæ fententiæ nihil firmare poffunt in caufa, neque in linea rei iudicatæ, neque in linea obfervantiæ interpretativæ; cum tunc folum obftet res iudicata, quando agitur, & difcutitur de eadem re per primum iudicem decifa; in terminis & elegantiffime *Pax de tenut. lib* 1. *cap*. 4. *n*. 17. *Manf. conf*. 233. *n*. 2. *&* 3. *& n*. 11. *Riminald. Iun. conf*. 413. *n*. 8. *Surd. conf*. 189. *n*. 12. *lib*. 2. *Salgad. in Labyr. Cred par*. 3. *cap*. 1. *n*. 4. *Rocca difput. iur. cap*. 110. *n*. 36. *Merlin. controv. cent*. 1. *cap*. 116. *n*. 17. *Franch. dec*. 510. *n*. 8. *Rot. dec*. 782. *n*. 25. *cor. Molin. Rot. Lucenf. penes Palm. dec*. 362. *n*. 15. *& dec*. 387. *n*. 7. *Rota Noftra penes eundem dec*. 1349. *n*. 19. *&* 20. *& in Florentina prætenfæ Avocationis pecuniæ* 21. *Iunii* 1721. *§*. *Hinc igitur cor. Cancellario Archi*, *& in Florentina annui legati* 4. *Maii* 1731. *§*. *Vltimo tandem cor. Cancellario Fabbrino*, *& in Florentina Fideicommiffi de Generottis* 12. *Septemb*. 1741. *pag*. 30. *in princip. cor. clar. mem. Aud. Petro Francifco Mormorai & in Florentina Bonorum Feudalium* 28. *Septemb*. 1751. *§*. 47. *&* 50. *cor. Illuftrifs. D. Aud. Iofepho Bizzarrino*, & quando fententiæ uniformantur rationi, legibusque, a quibus folum robur habere doctisfime de more firmavit *D. Adv. Mcoli in Pifcien. Commendæ* 15. *Septembr*. 1741. *in princ*. unde cum in prædicta caufa d. Statutum ex parte *D. Ronconi* non fuerit oppofitum, non difcuffum, non examinatum, minusque de illo quæfitum, nulla fuper illud potuit oriri res iudicata, ad tradit. per *Salgad. Labyr. credit. par*. 2. *cap*. 1. *n*. 30. *& feqq. de Luc. de donat. dec*. 3. *n*. 16. *Rota Senen. in una Senen. Iuris Protbomifcos Lunæ* 9. *Septembr*. 1680. *§ Etenim cor. Aud. Sergrifio Rota Noftra in Florentina Reiudicat*. 14. *Iunii* 1688. *§*. *Ex quibus*, *& feqq. cor. Venturino & in Pifana prætenfæ feparationis Bonorum* 28. *Augufti* 1716 §. *Stantibus cor. Vrbani*, *& in Florentina Immiffionis* 13. *Maii* 1717. *§*. *Et ad trutinam & feqq. cor. Vrbani*, *Piccinini*, *& Venuti*; alioquin redargueretur notorietate iniuftitiæ, tanquam lata contra litteralem cafum Statuti *Alexand. conf*. 81. *n*. 1. *lib*. 2. *de nullit. tit. de nullitat. ex defect. proceff. n*. 118. *& feqq. Scacc. de fenten. gloff*. 14. *quæft*. 30. *n*. 1. *Bonden collust*. 6 *n*. 69. *vol*. 1.

Hinn.

Hunn. Encyclop. iur. par. 2. *tit.* 2. *cap.* 9. *de nullitat. sent. n.* 20. *Barbos. in L. Si prætor* 75. *in princip. n.* 23. *& seqq. ff. de iudic. Vant. de nullit. tit. ex defect. process. n.* 129. *Censual. dec.* 71. *n.* 10. *d. Rota Senen. cor. Sergrifio loc. cit.* imo non foret amplectenda licet obtenta in contradictorio iudicio *Casareg. de Commerc. disc.* 150. *n.* 6. *disc.* 154. *n.* 13. *& seqq. Rota Nostra in Florentina Nullitatis obligationis mulieris* 17. *Septemb.* 1740. *§. Sicuti autem cor. Illustriss. D. Aud. Marco Philippo Bonfini.*

LXVI. Quo vero ad alterum *Motivum in Florentina prætensi Retractus* 2. *Decembris* 1678. *coram Farsetti* quod est *Lib. Mot.* 129. *a c.* 498. supplicatur animadverti erronee ab adversariis adduci pro eorum tuenda opinione, quinimmo nobis omnino favorabile est, nostramque sententiam prorsus confirmat. Sciendum itaque est in d. Motivo fuisse disputatum an in subhastatione bonorum officio Iudicis facta locus esset retractui. Qui D. *Aud. Farsetti* tum validissimis rationibus, cum etiam pluribus motivis, ac auctoritatibus in negativam opinionem descendit, & præcipue hac fretus animadversione, quod si retractus locum haberet in bonis Ecclesiæ subhastatis, cum consors non tantum, iuxta censuram Statuti Florentiæ *lib.* 3. *rub.* 109. admittatur ad retrahendum, sed eidem fas sit ut valeat redimere NON PRO PRETIO INTER PRIMOS CONTRAHENTES CONVENTO, SED PRO ALIO AESTIMANDO, ET VT PLVRIMVM MINORI, nullus licitator inveniretur, qui offerendo augere vellet æstimationem si consors minori pretio æstimando redimere posset. Quod Motivum præterquam non admittit assertam facultatem, illam evidentissime excludit.

LXVII. Neque pariter obstat *Corradin. de Prælat. quæst.* 22. *n.* 2. ubi tenet, quod retrahens, tanquam succedens in locum primi emptoris solvere teneatur idem pretium ab emptore solutum, non vero pretium æstimatum, siquidem animadvertendum est quod *Corradin. loc. citat.* loquitur in terminis petentis tantummodo prælationem, adeoque iuxta constitutionem *Sancimus*, quæ afficit solum alienantem, & secundum quam retrahens dicitur emere a primo venditore succedendo in locum primi emptoris, cum iisdem pactis, iisdemque conditionibus, quibus emerat primus emptor *Tiraquell. de retract. lign.* §. 1. *gloss.* 18. *n.* 39. *Marcell. Marcian. cons.* 11. *num.* 1. *vol.* 2. *Rovit. dec.* 96. *n.* 8. *Rota Nostra*

ſtra in Florentina Retractus 3. *Septembris* 1653. *§. Secundus quod cor. Michalorio*, *& in Florentina Retractus de Generottis* 2. *Decembris* 1678. *§. Verior tamen cor. Finetti*, non vero loquitur in terminis alicuius particularis ſanctionis: imo *d. quæſt.* 22. *n.* 42. *&* 43. expreſſe fatetur d. concluſionem non procedere in terminis *conſuetudinis Regni Neapolis*, quæ quidem eadem eſt cum *noſtro & Florentiæ Statuto* ut vidimus *§.* 39. quorum vigore emptor non tenetur rem relaxare prælationem petenti, niſi prius fuerit per publicos æſtimatores appretiata tempore conſignationis, eo quia tum d. Neapoletana conſuetudo, tum Statuta hæc noſtra non afficiunt alienantem, quem minime requirunt *d. Florentina Retractus §. Quomodo igitur cor. Michalorio*, ſed emptorem, contra quem exercent ſuas vires, quemque iuxta coactionis naturam, ut dixit *Corradin. d. quæſt.* 22. *n.* 5. arctant ad vendendum pro pretio æſtimando *eadem Rota Noſtra in ſupra rel. Florent. Retractus* 3. *Septembris* 1653. *§. Secundo reſpondetur*, *cor. Michalorio, & altera Florent. Retractus de Generottis §. Ex quibus nil curandum*, §. *Quarum fundamentum §. Verior tamen cor. Finetti*; & quod magis iuri conſona ſit Conſtitutio Neapoletana, ſeu noſtrorum Statutorum, quæ mandat appretium, quam illa *Friderici*, quæ pro eodem pretio vicinum admittit ad retrahendum, poſt *Molpheſium ad conſuetud. tom.* 3. *de iure congrui part.* 12. *quæſt.* 45. *n.* 23. *dixit Rota Noſtra in Florentina Retractus* 21. *Ianuarii* 1675. §. *At vero cor. Finetti Lib. Mot.* 118. *a c.* 148. ita ut auctoritates, quæ tenent quod emptor, nec damnum, nec lucrum ſentiat, intelligendæ ſint tanquam loquentes ſecundum d. Conſtitutionem *Sancimus*, quæ in *Etruria* minime recepta fuit *Rota Senen. in dicta Senen. Iuris Prothomiſeos* 9. *Septemb.* 1680. *§. Præterea cor. Sergriſio*, non vero ſecundum noſtra Statuta & dict. Neapolis Conſuetudinem prout teſtatur *Rota Noſtra in ſæpius relata Florentina Retractus* 3. *Septembr.* 1653. §. *Sententiæ cor. Michalorio* „ ibi „
„ Sententiæ, quæ loquuntur, quod
„ emptor, nec lucrum, nec da-
„ mnum ſentiat, procedunt iuxta
„ terminos d. legis *Sancimus*, ſe-
„ cus vero quando primus em-
„ ptor teneatur ipſe revendere
„ CVM ISTO NOVO PRETIO DECLA-
„ RANDO PER AESTIMATORES ELI-
„ GENDOS INTER PRIMVM EMPTO-
„ REM, ET VICINVM RETRAHERE
„ VOLENTEM ut per *Rovitium in d. deciſ.* 96. *n.* 18.

LXVIII Tandem ut veritas magis

gis magisque elucescat, & quam ab ipsamet inconsulti adversarii aberrent apud omnes in comperto sit, nonnullas præ allatis individuales auctoritates, resolutioni causæ apprime consentaneas, atque accomodatissimas, addere pretium operæ existimavimus.

LXIX. Primum Testimonium præbet *Sabell. resolut.* 68. male ex adverso allegatum, cui tanquam Doctori de loco litigantium, ubi prout Florentiæ Curia versatus diu fuit, omnem fidem adhibendam esse testantur *Capic. Latr. cons.* 96. *n.* 19. *Gob. quæst.* 1. *n.* 7. *Bonden. collect.* 14. *n.* 147. *tom.* 1. *Paolut. dissert.* 98. *artic.* 2. *n.* 43. *& seqq. tom.* 2. *late Calderon. resol.* 49. *n.* 102. *bo. mem. Aud. Bonfini in Florentina bonorum Emphyteuticorum super alienabilitate* 11. *Febr.* 1720. *ab Incarn.* §. *Consuetudini & D. Cancellarius Archi in Florentin. prætensæ avocationis pecuniæ* 22. *Iulii* 1721. Ita enim de veritate loquitur *Sabellus in fine d. resolut.*,, verum
,, in supra memoratis nostris statutis ad tollendas plures difficultates, & ad obviandum fraudibus, quæ occurri solent, fuit prudenter sancitum, quod emptor teneatur revendere REM IVSTO PRETIO PER PERITOS COMMVNES STATVENDO, NVLLA HABITA RATIONE AD PRETIVM IN
,, PRIMA ALIENATIONE CONTENTVM.

LXX. *Secundum præbet Rota Nostra in Florentina retractus* 3. *Septembris* 1753. *cor. Bononio* §. *Tantum, circa medium*,, ibi,,
,, Sanctio Statuti in eo posita est, quod statuentes voluerunt pretium reduci ad limites iustitiæ, ET IDEO MANDAVERVNT PRETIVM STATVI PER PERITOS AMICOS COMMVNES, nam illud pretium censetur justum, quod per æstimatores constituitur,, *&* §. *Statuentes*,, ibi,, Statuentes nostri compellunt acquirentem contra prohibitionem eiusdem Statuti retrovendere rem emptam PRETIO ITERVM STATVENDO.

LXXI. Tertium præbet eadem *Rota nostra in Florentina retratractus* 3 *Septemb.* 1653. §. *Imo vigore ad medium supra relatum* §. 32. *ex grat. viden.*

LXXII. Quartum Testimonium præbet eadem *Rota nostra in Florentina retractus de Generottis* 2. *Decemb.* 1678. §. *Hac eadem distinctione &* §. *Verior tamen cor. Camillo Finetti.*

LXXIII. Vltimum pondus causæ momentis addit *Vrceolus cons. for.* 59. *n.* 57. qui licet loquatur in terminis *Statuti Florentiæ*, cum tamen sit fere simillimum *Mutilianæ* Statuto, in cuius vero deficientia recurritur ad Ius Commune Romanorum *Rota Nostra lib. Mot.* 8.

a c. 57. *lib. Mot.* 52. *a car.* 445. *lib. Mot.* 30. *a c.* 543. *plures decis. Supr. Magistratus anni* 1477. *&* 1485. *altera de die* 5. *Novembris* 1503. nihilominus præbet maximum veritatis fundamentum, sic enim loquitur *loc. cit.* „ ibi „ Advertendum tamen est quoad „ refusionem pretii statutum loci, si quod ibi adesset, attendendum foret; nam Florentiæ „ Statutum *Rub.* 109. *lib.* 2. MANDAT NON ATTENDI PRETIVM IN „ EMPTIONE CONVENTVM, SED „ NOVAM FIERI BONORVM ÆSTIMATIONEM; PISTORIENSE VERO *RVB.* „ 34. *LIB* 2 TRIBVIT ELECTIONEM „ RETRAHENTI, VEL STARE PRETIO „ EMPTIONIS, VEL NOVAM FACERE „ ÆSTIMATIONEM „

LXXIV. Ex quibus omnibus præcisis auctoritatibus, & præcipue ex hac posteriori *Aud. Vrceoli viri doctissimi* discimus retrahentem in terminis *Statuti Florentiæ & Mutilianæ* minime posse petere retractum pro eodem pretio ab emptore soluto, sed tantummodo pro illo æstimando. Si enim hanc facultatem retrahenti Statuentes dare voluissent, utique verbis disposuissent, prout disposuit Statutum *Pistorii vulgat. Iur.* de quibus *Rota Nostra in centies allegata Florentina Retractus* 3. *Septembris* 1653. *lib. Mot.* 122. *a c.* 146. §. *Et certe cor. Michalorio.*

LXXV. Sed malum ius fovere se tandem animadvertentes adversarii ultimo loco obiiciunt; quod etsi a verbis, quibus relata rubrica concepta fuit, videatur d. novam æstimationem in retractu fuisse demandatam, id vero minime locum habere posse in casu nostro, ex eo quia non cortex verborum, sed inspicienda sit substantia veræ voluntatis statuentium *Cyriac. controv.* 478. *n.* 18. *Buratt. dec.* 113. *n.* 7. *Merlin. dec.* 692. *n.* 46. adeoque cum hoc unum in animo habuerint statuentes, ut per dictam novam æstimationem fraudes omnes, quæ in retractu usufrequentissimæ esse solent, arcerentur, ad tradita per *Sabell. & relata per nos* §. 49. cessantibus fraudibus, ad cuius finem æstimatio demandata fuit, prout abesse ab hypothesi defendunt, videatur cessare d. æstimationem, ita ut facultativum sit retrahentis, vel per primum, vel per novum pretium constituendum habere retractum, *vulgat. axiom.* cessante fine, cessat & ipsa lex.

LXXVI. Huic enim obiecto paucis occurrere duximus, diximus enim Statutum univocam atque iuris regulis consentaneam dispositionem exarasse, adeoque allatam regulam ab hypothesi prorsus esse extraneam. Præterquamquod non est cur tempus expendatur ad inquisitionem omnium casuum, in-

qui-

quibus fraudes occurrere possunt. Iuvat enim humanæ mentis brevitatem, imbecillitatemque animadvertere ad ea omnia expendenda, quorum uberrima pars nos latet. Ea enim dumtaxat scimus, quæ usufrequentiora sunt, & ex eo quod permulta ignoremus eis futurum eventum denegare non possumus. Fraus enim a statuentibus in retractu suspicata, quæ sola non fuit causa demandatæ estimationis, quamvis cessset, non facit cessare legis dispositionem *Tiraquell. cess. caus. par.* 1. *n.* 177. *& limit.* 19. *n.* 1. *De Luc. de feud. disc.* 1. *n.* 20.

LXXVII. Diximus quoque predictam estimationem eatenus per Statutum fuisse demandatam, quatenus statuentes voluerunt, quod iusto pretio consorti vel vicino traderetur, ad notata per *Sanfelic. dec.* 108. *n.* 22.

LXXVIII. Præterea non inspicimus solummodo finem Statuti, sed æstimationem a Statuto apertis verbis demandatam. Lex enim perspicue, generaliter, & absolute loquitur; non licet ergo adire supplectivam, restrictivam, subtilem, atque cavillosam interpetrationem contra finem, & voluntatem Statuti ex ipsius verbis elicitam *L.* 1. *§. Generaliter ff. de legat. præstand. & L.* 1. *ff. de aleatoribus Calvin. de æquit. cap.* 220. *n.* 18. *Cyriac. controv.* 153. *n.* 3. *usque ad n.* 11. *Palm. allegat.* 71. *n.* 1. *&* 2. *Mart. Medic. dec. Senen.* 1. *n.* 23. *Capic. Latr. dec.* 91. *n.* 15. *Censual. dec. Lucens.* 75. *n.* 18. satis enim est quod Statutum usum fuerit verbis claris, per quæ diversa interpretatio oriri non possit. Quo posito non est opus confugere ad frivolas, inanes, fallacesque præsumptiones, prout fuit dictum in *Romana Pecuniaria* 28. *Martii* 1707. *§. Nec obstat cor. Kaunitz.* & optime notavit *Rota Nostra in Florentina Retractus* 23. *Ianuarii* 1680. *cor. Vrceol. fol.* 3. *§. Quinimmo in fine* „ ibi „ Statuentium
„ finis & intentio, dum ex verbis,
„ & ex utero ipsius Statuti depro-
„ mitur, deflecti non debet re-
„ cedendo a propria verborum
„ significatione per subauditos in-
„ tellectus, & subtiles interpreta-
„ tiones, cum nullum sit maius
„ signum voluntatis Statuentium,
„ quam illud, quod verba deno-
„ tant, & ubi voluntas est clara,
„ non est recurrendum ad equi-
„ vocas rationes, & præsumptio-
„ nes vulgat. *Leg. Ille aut ille ff.*
„ *de legat.* „ Præsertim cum interpretatio in casu, de quo agitur, falsa suppositione laboret; repugnat enim legi, eiusdemque finem evertit.

LXXIX. Quæ omnia per se clarissima adhuc si fieri potest clariora redduntur ex firmissima æque

ad

ac tutiſſima iuris regula, quod ius retrahendi ideo a legibus conceſſum eſt, ne quis cogatur habere vicinum odioſum, & fortaſſe infeſtum *Amat. conſ. 93. n. 3. Conſtantin. ad Stat. Vrb. annot. 24. artic. 1. num. 14. Card. De Luc. de Servit. diſc. 68. n. 14. diſc. 74. n. 15. Rota Noſtra cor. Vrccol. dec. 18. n. 50. & in Calceſana Retractus 26. Ianuarii 1718. coram Calderon. & in Caſcinen. Retractus 30. Martii 1742. §. Primus itaque caſus cor. Illuſtriſs. DD. Audd. Vrbani, Agnini, & Adv. Meoli.*

LXXX. Si ergo conſors & vicinus reſpectu ſolius perſonæ præferantur, privilegium prælationis intelligitur pro iuſto pretio, etſi de hoc per Statutum nihil foret ſancitum, ut poſt adductam DD. catervam ratiocinatur *Io. Sanfelic. dec. 101. n. 2.* ibi „ Quando unus alteri præ„ fertur reſpectu perſonæ, vel al„ terius qualitatis, tunc privile„ gium prælationis intelligitur „ PRO PRETIO, QVOD AB ALIIS RE„ PERITVR „ *Angelus Ripa in L. 1. ff. de privil. credit. n. 21. Tiraquell. de Retract. lignager. §. gloſſ. 12. n. 1. Morott. de Iur. offerendi n. 69. & ſeq. Amendol. ad Franch. dec. 64. n. 9. Merlin. controv. 13. n. 11. vol. 1. Rovit. deciſ. 24. num. 18. Cabal. conſ. 159. num. 10.* „ ibi „ Nam cum Statutum „ Moncinguli nihil de pretio „ dicat, ſed ſimpliciter confi„ nantem, & proximum, vel af„ finem extraneo præferat in „ emptione bonorum immobi„ lium, IVSTVM VIDETVR CONSI„ DERASSE PRETIVM, QVOD NON „ EST CENSENDVM ILLVD, QVOD „ AB VNO, VEL AB ALTERO FVE„ RIT DATVM, cum pretia rerum „ non conſtituantur ex affectione „ ſingulorum, ſed illud quod com„ muni regionis æſtimatione ex „ rei qualitate & fructuum quan„ titate iudicatur „ clarus eſt *Text. in L. Pretia ff. ad Falcid. ibique Gloſſ. & DD. ſuprarel. §. 6.* ita ut medium augmentum, decrementumque cedere debeat damno, vel commodo eius, qui poſſeſſor fuit, per omnes *Card. De Luc. de empt. diſc. 32. n. 18. & de ſervitut. diſc. 87. n. 10. ex grat. viden.*

LXXXI. Hæc autem omnia alias indubitata nullam profecto ambiguitatem admittere valent coram ſapientiſſimo Iudice, a quo nobis provenit dicendi facultas, attenta clariſſima *Sanctione Rubr. 41. Stat. Mutilianæ lib. 2.* æſtimationem demandante. Etſi enim nulla ratio, nulla auctoritas ſupereſſet, quæ illam undequaque roboraret, voluntas ſtatuentium rationis locum teneret *Puffendorff des devoirs de l' Homme & du Citoien liv. 1. chap. 17. §. 8.* „ ibi „ Souvent meme quoiqu' on

„ ne

„ ne voie pas bien la raiſon
„ de la Loi, la volonté du Legis-
„ lateur ſuffit, pour impoſer a
„ ceux, qui dependent de lui, l'o.
„ bligation de s'y conformer „
idipſum confirmat „ *le Droit de la nature & de gens lib.* 5. *cap.* 12. §. 10. eademque lex ſervanda eſſet, quamvis nimis dura foret *Barbeyrac. adnot. ad Puffendorff le Droit de la nature & de gens lib.* 1. *cap.* 12. §. 10. *not.* 2. & quatenus voluiſſemus interpetrari mentem ſtatuentium, ſi in ea errandum eſſet, tutius foret inhærere verbis, & ſcripto; & Statuentibus imputari, ſi clarius ſuam voluntatem non aperuerint, ut totidem verbis, dixit *Magon. dec. Florent. n.* 15. *Rota eadem Noſtra in Florentina Fideicommiſſi de Pittis* 7. *Aprilis* 1702. *n.* 143. *cor. Carolo Bizzarrini, & Andrea Farſetti lib. Mot.* 137. *a c.* 211.

LXXXII. Quæ hactenus dicta ſunt cauſam extra omnem dubitationis aleam ponunt, ſed adhuc potiora urgent, ſiquidem rem deciſam habemus a *Rota Noſtra in Mutilianen. Retractus* 20. *Iulii* 1617. *coram Pinocchio in Cauſa Penſieri, & Fontana lib. Mot.* 97. *a c.* 268. quæ deciſio datur: Dixit enim quod Statutum Mutilianæ dans formam retractui, præciſe mandat eligi æſtimatores, & altera parte contumace ipſam compelli ad eligendum, vel per iudicem eligi vice illius, adeoque minime concedendum eſſe retractum, niſi ſecuta fuerit æſtimatio, quod etiam ſervari Florentiæ teſtatur. *D. Mot.* §. Igitur cum Statutum Mutilianæ
„ det formam retractui, & iubeat
„ eligi æſtimatores, quod etiam
„ in hac & ſimilibus cauſis ſer-
„ vatur Florentiæ, ut ſcilicet PAR-
„ TES ELIGANT ÆSTIMATORES, VEL
„ EARVM ALTERA CONTVMACE VEL
„ RECVSANTE IN EIVS LOCVM ELI-
„ GAT IPSE IVDEX, NON DEBEBAT
„ DOMIN. POTESTAS PRONVNCIARE
„ ACTOREM IMMITTENDVM ESSE IN
„ POSSESSIONEM, SED COMPELLERE
„ DICTVM ANTONIVM AD ELIGEN-
„ DVM, VEL IPSEMET ELIGERE VI-
„ CE ILLIVS, QVIA IVDEX NIHIL
„ EX CAPITE SVO FACIT, SED SE-
„ CVNDVM LEGES, ET IVRA, CON-
„ SVETVDINESQVE PRONVNCIAT „
C. Iudices 3. *q.* 7. *& exam. atque Auguſt. tradit Maſcard. de probat. conſ.* 948. *n.* 2. & *§. Moti etiam ad med.* „ ibi „
„ Quamobrem ratione contuma-
„ ciæ immiſſionem pati non de-
„ buit, ſed ſolum in eius defe-
„ ctum debuit D. Poteſtas ELIGE-
„ RE ÆSTIMATOREM PROVT REGE-
„ PTVM EST EX INDVBITABILI ET
„ INVETERATO STYLO CIVITATIS
„ DOMINANTIS „

LXXXIII. Ex qua quidem præciſa *Rotæ Noſtræ* auctoritate profecto ſequitur, compellendos fore actores pro electione Peri-

ti æstimatoris, quatenus ipsis competat ius congrui, & in eorum contumaciam a Iudice esse eligendum:

LXXXIV. His ita præmissis absolutisque, clare patet in facto, & in iure, æquivocum, & errorem, quibus pro hac lite sustinenda innititur circa pretium solvendum in retractu sæpius ab adversariis celebrata facultas. Ne igitur maior, neve minor cura, & opera suspiciatur, quam causa postulet, ut admonet *Cicero de Officiis lib.* 1. *§. In omni autem*, ad alterum huiusce Consultationis caput progredimur demonstraturi

ARTICVLVS III.

Quatenus circa pretium non obsisteret dispositio Statuti, nec illa rationis, semper, & quandocumque deberent Adversarii solvere pretium æstimatum ob particulares Causæ circumstantias.

LXXXV. EA, quæ in primo Articulo ad exclusionem retractus, & quæ in posteriori dicta sunt pro solutione iusti pretii, casu quo de iure congrui adversariorum constare diceretur, quod tamen fieri res clara non sinit, pro causæ habenda victoria exuberarent. Verum cum liceat orationem extendere quoties ea dicuntur, quæ attinent ad causam *Lucian. dialog. de gymnas. pag. mihi* 742. *in fin. tom.* 1. dicendum in præsens est de donatione, quam D. Pappiani reportavit a dd. Coniugibus Ghezzi pro excessu valoris dictæ domus supra pretium ab eo solutum, quod quidem satis est ad repellendos adversarios pro eodem pretio retractum petentes.

LXXXVI. Licet enim inter DD. invaluerit quæstio, an retrahens, quoties venditor dixit in instrumento, quod si pluris valeret res vendita pretio per emptorem soluto illud donare emptori, teneatur solvere illud pluris, ad quod res vendita ascenderet; tamen hac unica distinctione adhibita res tota resolvitur.

LXXXVII. Vel enim credi potest tanti fuisse rem emptam, quan-

quanti erat ipsius valor, adeo, que dictam clausulam ex solito Notariorum stylo, ad maiorem emptoris securitatem fuisse in instrumento appositam; & hoc casu opinio undique tuta est, quod prælationem petens solum pretium solutum tenetur solvere, etsi emptor fuerit amicus, vel domesticus venditoris *Tiraquell. de retract. gloss.* 18. *n.* 8. & 14. *Mart. digest. noviss. tom.* 3. *tit. retractus tot cap.* 30. *Berlich. conclus.* 41. *n.* 3. *par.* 2. *Boer. dec.* 143. *per tot. Larr. dec. Granat.* 80. *per tot. Corradin. de Prælat. quæst.* 16. *n.* 220. & *seqq.*

LXXXVIII. Vel constat de maiori pretio rei solutæ, & ex coniecturis apparet, quod venditor habuit animum vere donandi, expressaque sit in Instrumento causa donationis, quæque sit verosimilis; tunc æque certum est retrahentem teneri refundere illud plus, quod donatum est *Corradin. de iur. Prælat. dict. quæst.* 16. *n.* 227. *cum ceteris.*

LXXXIX. Hæc secunda distinctionis pars applicari omnino videtur casui nostro, in quo coniuges Ghezzi donationem fecerunt D. Pappiani non simpliciter, sed cum expressa mentione beneficiorum gratiarumque sibimet ipsis a d. Pappiani obventorum, atque elargitarum *a c.* 37. & 39. ex quo concludendum est, adversarios minime gaudere posse utili dictæ donationis, tanquam ex grato animo provenientis, sed ultra pretium a d. Pappiani solutum, debere exbursare quanti interest dicta donatio, quod solum prævia æstimatione innotescere potest; alias enim sequeretur absurdum, quod quis invitus, cui non vellet, cogeretur donare contra dictum *Vlpiani in L. Invitus nemo in princ. ff. de regul. iur. L. Tutori Cod. de negot. gest.*

XC. Constito ex prædictis de malo iure Actorum, tum ob defectum actionis, & simulationem petiti retractus, tum etiam ob deficientiam depositi pretii d. domus necessario faciendi *Artic. I.* Constito etiam de clara æquæ ac apertissima voluntate Statuentium Mutilianæ pro pretio solvendo in retractu per consortem, vel vicinum, deque certissimis iuris principiis dict. sanctionem apprime confirmantibus *Artic. II.* Eoque certius attenta donatione, quam habuit D. Pappiani a dd. Coniugibus de Ghezzis pro excessu pretii d. domus per eum soluti *Artic. III.* Certum est confidere per integerrimum sapientissimumque Iudicem fore dicturum: petita per adversarios, utpote non vera, minime concedenda fuisse, adeoque de facto, deque

iure

iure clientes nostros absolvi debuisse.

XCI. Hæc sunt quæ in angustia temporis pro resolutione huiusce causæ dicere potuimus. Verum si quæ omissæ sunt res hactenus dicta apprime confirmantes, suppleat Illustriss. Iudicis virtus, dignitas, & auctoritas nobis præ ceteris probatissima, ad monitum *Impp. Diocletiani & Maximiliani in L. unic. Cod. Ut quæ desunt Advocatis Partium Iudex suppleat.*

Et ita &c. sub censura &c.

Addictissimus
PHILIPPUS XAVERIUS FANELLI
I. C. & Causæ Patronus.

NEC solidè magis, nec elegantius disserere poterat de bono Iure Francisci Bandini Dominus meus Philippus Xaverius Fanelli in hac nostra Curia meritissimus Iurisconsultus, atque mihi tum morum suavitate, tum maxime ingenii, doctrinæque præstantia carissimus: quocirca de mea subscriptione requisitus, ut veritati magis annuerem, & iustitiæ, quam ut aliquid ponderis validissimis fundamentis ab eo deductis accederet, præsens hoc Responsum approbo, eidemque in omnibus quam libenter adhæreo; Nihil enim iustius definiri potest quam quod Retrahens iusto pretio a Peritis declarando obtinere debeat Domum, de qua agitur, nullo habito respectu ad pretium in prima alienatione constitutum, quando iuxta monitum *Terentii Clementis* Iurisconsulti *in Leg. Si cui fundus 54. ff. de Legat.* 2. „ Sæpe „ confines Fundos etiam supra iustam æstimationem interest nostra acqui- „ rere „ ut novissime observat Vir clarissimus *Gregorius Maiansius disput. Iur. tom.* 1. *disput.* 22. §. 1.

IOANNES PAULUS OMBROSI
In Florentina Curia Advocatus ex Collegio.